Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35536
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



Sexta feria parasceues finito sermone orationibusq; pro vniuersis statibus dictis. velata deportet crux cum cantico sequenti.

Popule meus quid feci tibi aut in quo contristaui te responde mihi. quia eduxi te de terra egipti parasti crucem saluatori tuo. Agios otheos. Agios ischuros. Agios athanathos eleyson ymas. Sanctus deus. Sancte fortis. Sancte et immortalis miserere nobis. ℣. Quia eduxi te per desertũ quadraginta annos et mãna cibaui te et introduxi in terram sat optimam parasti crucem saluatori tuo. Agios. ℣. Quid vltra debui facere tibi et nõ feci. ego quidem plantaui te vineam meam speciosissimam. et tu facta es mihi nimis amara. aceto namq; sitim meam potasti. et lancea perforasti latus saluatori tuo. Agios. Ecce lignum crucis in quo salus mũdi pependit venite adoremus. ℣. Beati immaculati in via qui ambulant in lege dñi. Dum fabricator mundi mortis supplicium pteret